α electæ rubræ.
β melius cum ſucco, ſi haberi poteſt.

In Quartanariis cautè purgantibus eſt progrediendum; imò à medicamentis purgantibus vehementibus, ut & roborantibus calidioribus ſummè abſtinendum. Quartana enim, ludibrium Medicorum, niſi convenienter & molliter tractetur, ſive jam recens nata fuerit, ſive adoleverit, aut ad ætatem aliquam pervenerit, rarò ſui dominatorem exactum relinquit. Præterea multum ſitum eſt in naturis Quartanariorum, quæ ſæpè eludunt medicamenta, etiam cum mollitie ſumma adhibita. Loco autem purgantis aliquoties cum fructu tale exhibuimus decoctum: Recipe decocti ſenæ uncias quatuor: ſyr. roſarum ſolut. ſyr. è ſena, ana unciam ſemis: diacatholici, diaturbith cum rhabarbaro, ana drachmas tres: cort. hellebori nigri ſcrupulum ſemis. Redigantur, diluanturq́; pro potu, qui manè jejunus 4 horis ante cibũ exhauriatur calidè. Interim ſtatuim9, quòd ad quartanas inveteratas non ſit præſtantius remediũ Crollii digeſtivo ex tartaro vitriolato, quod deſcribit pag. 117. *Tandem vomitum in hoc caſu à* Cratone, in Conſ. Medicinal. *approbari reperimus; verùm in hâc febri haud prodeſt. Etſi enim regionem primam ventris aliquantulum expurget, & circa viciniora loca aliquid hetero-*

Circa Quartanã obſervatio.

roge-